



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Petri Leurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa
Canonica Deductus**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1708

64. Quam Sedem præsentem aut absentem Episcopo occupare debeat
Vicarius generalis Episcopi in ecclesia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74203)

Barbof. de *Canonic. & dignit. c. 5. num. 56.* Pignat. *Tom. 3. conf. 64. num. 10.* Ventrigl. &c. juxta quod testantur iidem Authores expressè declarasse S. Congregat. Rit. in *Andriens. 7. Aug. 1610. & Ferrar. 20. Decemb. 1604.* sic Sbroz. *l. 2. q. 25.* ubi postquam num. 5. dixisset: *ampliatur dicta conclusio; nisi consuetudo vel statutum exstaret in contrarium*, citassetque pro hoc Melillo ubi ante *c. 5. num. 3.* Rebuff. *cit. num. 7.* Bottæ. *loc. cit. num. 26.* Callan. *loc. cit.* & plures alios, & retulisset in contrarium aliquarum Ecclesiarum consuetudines, item Authores plures, puta Menoch. *conf. 207. num. 36.* Boër. *tr. de ordin. grad. utriusque for. p. 1. num. 12.* ubi dicit quòd stante consuetudine Præpositus præfertur Archidiacono, etiam electo in Vicarium Episcopi, &c. tandem subiungit Sbroz. *tamen præcedens opinio est majore DD. calculo fulcisa & communis, detestabilisque probatur illa consuetudo tanquam ratione carens, & ex quadam ambitione, & stultitia inducta, contrariæque primò juri divino. Secundò ordini naturali. Tertio juri pontificio. Quarto juri Cæsareo, ut probant Rebuff. Jo. de Amiano, Melillo loc. cit.* Unde jam inferendum esset, uti plures inferunt apud Pirh. *cit. num. 34.* per consuetudinem aut statutum induci non posse, ut Archidiaconus præcedat Vicarium generalem, quia id foret absurdum, ut Felin. in *rubric. de major. & obed. num. 10.* Tusc. v. *Vicarius concl. 482. n. 21.* & ut inquit Pignat. *loc. cit. num. 7.* foret irrationabile, si subditus præcederet Superiorem.

3. Tertia eaque principalis & omnibus, in quibus præcedentiam habere Vicarium diximus, communis limitatio est; quod nunquam dignitates aut Canonicos præcedat, quotiescunque hi incedunt, aut assistunt divinis parati, hoc est, induti paramentis seu vestibus sacris, puta pluvialibus, dalmaticis, &c. Barbof. *Juris Eccl. l. 1. c. 15. num. 40.* Ventrigl. *loc. cit. num. 3.* Pax Jord. *l. cit. num. 244.* (ubi etiam quòd hoc procedat, etsi Vicarius sit Protonotarius Apostolicus, & utatur rochetto & manteletta) citans declarat. expressam S. Congregat. Rit. in *Nolana & Lauretana 23. Mart. 1602.* Pignat. *cit. conf. 64. num. 11. & 14.* Unde etiam ad evitanda scandala & indecentia eadem S. Congregat. Rit. in *Lauret. 6. Sept. 1603.* apud Pignat. & in *Camerin. 14. Jun. 1608.* & in *Casalen. 5. Jul. 1614.* apud Pax Jord. *num. 245.* ordinavit & præcepit, ne Vicarius in ordinario suo habitu incedat inter Canonicos paratos. Et in specie, quòd Vicarius in choro & processionibus non debeat præcedere Canonicos, qui in choro assistunt Episcopo, vel in processionibus induti paramētis sacris, tradit Ventrigl. *l. cit. n. 2.* citans plures desuper S. Congr. Rit. declarationes. Item quòd in acceptione candelæ, palmæ, cinerum non debeat præcedere Canonicos, qui Episcopo assistunt aut inerviunt induti pluvialibus, planetis, aut aliis vestibus sacris. Ventrigl. *n. 3.* citans Congreg. Rit. in *Monopolitana 7. Aug. 1628.* & alias plures illius declarationes, contrarium tenente Pax Jord. hiæ expressis: *In receptione sâmen candelæ in die Purificationis B. V. atque palmarum antefertur ipsis Canonicis etiam paratis.* Sed neque sub prætextu illius consuetudinis præcedere potest Vicarius Canonicos paratos. Pax Jord. *loc. cit. num. 246.* Ventrigl. *num. 6.* Pignat. *l. cit. n. 16.* citantes declarat. Cong. Rit. in *Castellan. 25. Sept. 1621.* quin etiam non posse allegari consuetudinem immemoriam ait Pignat. *l. cit. num. 24.* eò quòd per dictam S. Cong. Rit. non tantum simpliciter sit derogatum tali consuetudini (in quo casu admitti posset, quòd abrogando consuetudinem non abrogant, seu non comprehendit immemoriam) sed etiam damnavit

illam tanquam abusum, iniquam, irrationabilem, adeoque & immemoriam comprehendit, etiam si non addidisset dictionem universalem ut Covar. *var. resol. l. 3. c. 13. num. 5.* Gouz. *ad reg. 8. Gl. 33. n. 9.* quos citat Pignat. Addit & aliam limitationem Pignat. *Tom. 3. Consult. 64. num. 19. in fine.* quòd si addit Canonicus aliquis Episcopus, tali assignetur locus super omnes Canonicos & dignitates.

4. Dicta quoque hucusque restringenda sunt ad Vicarium generalem Episcopi, ita ut locum non habeant in Vicario generali Capituli sede vacante; illi enim competit præcedentia super omnes Canonicos & dignitates, exceptâ primâ post Pontificalem, ut censuit S. Cong. Rit. in *Asiens. mense Aug. 1630.* quia cum habeat auctoritatem & jurisdictionem à Capitulo, est inferior Capitulo, & ideo non debet præcedere primam dignitatem, in qua repræsentatur Capitulum. Ita Pignat. *loc. cit. num. 22.* Sbroz. *l. 2. q. 25. n. 20.* ubi: *Declaratur, ut non procedat in Vicario sede vacante, quia illi Archidiaconus est præferendus. Neque etiam locum habeant in Vicario foraneo, qui præcedentiam super alios Presbyteros non habet ex eo solum, quòd est Vicarius foraneus, nisi contrarium haberet consuetudo.* Pignat. *num. 23.* Sic resolutum testans à S. Congreg. Episcoporum in *Nolana 15. Sept. 1600.* & in *Tranens. 7. April. 1601* & alibi. Idem habet Pignat. *Tom. 4. consult. 183. num. 4.* Engels *ad tit. de major. & obed. n. 60.*

Quæstio 64. Quam sedem præsentem aut absentem Episcopo occupare debeat Vicarius generalis Episcopi in Ecclesia?

Respondeo: Præter dicta jam in antecedentibus, debet sedere in choro, & in Ecclesia in loco, quem illi consuetudo assignavit, nec debet illum pro libitu mutare. Pignat. *cit. consult. 64. num. 19.* Ventrigl. *Tom. 2. annot. 15. §. 2. n. 7.* sic declaratum testans ex *sell. à S. Congreg. Rit. in Alexand. 15. Mart. 1608.* & in *Neritonens. 4. Maij 1606.* Neque absente Episcopo debet locum illius occupare, sed debet esse idem locus absente Episcopo, quem illo præsentem habere consuevit. Ventrigl. Pignat. *l. cit. Pax Jord. l. 12. tit. 1. n. 234.* citantes declarat. ejusdem cong. in *Brundus. 16. Jul. 1605.* Neque paranda est illi sedes cum tapetibus & pulvinari. Pignat. Ventrigl. *locis. cit.* Neque potest sibi baldachinum erigere in Cathedrali, aut alibi. Pax Jord. *l. c. n. 238.* juxta eandem declarat. S. Congreg. Quod si dignior sedes esset occupata, dignitates & Canonicos descendere debet uno gradu inferioribus. Pignat. *cit. n. 19.* sic declaratum testans à S. Congreg. Episcoporum. *28. Aug. 1599.* & aliàs. Notanda etiam hic sunt, quæ habet Cardin. de Luca. *de Regular. d. 17. num. 2.* quod nimirum juxta plures Declarat. S. Cong. Rit. interveniente Vicario generali in choro, in quo sedes Episcopi est in medio, ita ut prope eundem alias à dextris sedeat prima dignitas, & à sinistris secunda dignitas, Vicarius occupet primam sedem à dextris Episcopi, & prima dignitas non sedeat post Vicarium, sed relicta illi dextrâ sedeat à sinistris prope Episcopum; quia semper locus dignior per digniorem occupandus est.

Quæstio 65. An & qualiter Vicarius generalis Episcopi præcedat gubernatores, aliosque Judices & Commissarios generales?

Respondeo primò: Debet præcedere Gubernatores, Reitores, Prætores urbium, Judices, Commissarios, Potestates similesque Magistratus omnes sæculares suæ Diocesis. Sbroz. *l. 2. q. 26. num. 5.* Barbof. *Juris Eccl. l. 1. c. 15. num. 36.* Pignat. *Tom. 4. conf. 64. num. 8.* juxta plures S. Cong. Rit.